

Wf
17078

Pl. 337

I
O
I
N
O
M
B





L A U R U S
 LILIIS CONVALLIUM ET HYACINTHIS
 INTERSTINCTA,
 PALLADIO SAXO - EISENBERGENSI,
 Hoc Est
 SERENISSIMÆ AC CELSISSIMÆ PRINCIPIS
 AC DOMINÆ,

DN. SOPHIÆ MARIAE,
 NATÆ LANDGRAFIAE HASSIÆ, PRIN-
 CIPIS HERSCHFELDIÆ, COMITIS IN CATTI-
 MELIBOCO, DECCIA, ZIEGENHAINA, NIDDA ET SCHAUM-
 BURGO, ELOCATÆ DUCIS SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ AC MONTIUM,
 LANDGRAFIAE THURINGiÆ, MARCHIONI MISNIÆ, COMITI PRIN-
 CIPALI DIGNITATE HENNEBERGÆ, COMITIS MARCI ET
 RAVENSPURGI, DYNASTÆ RAVENSTEINII ETC.

S A C R A,
 ET NATALI EJUS AUSPICATISSIMO
 IPSIS NONIS MAJI, A. O. R. ∞ Ioc LXXXII.
 IN TEMPO MNEMOSYNES

Devotissimè dedicata.
 QVA PUBLICE SUSPENSÀ,
 ILLUSTRISSIMUM COMITEM AC DOMINUM
DN. HEINRICUM IV.
 JUNIORIS LINEÆ RUTHENUM, COMITEM
 AC DOMINUM A PLAVIA, DOMINUM IN GREIZA, CRAN-
 NICHFELDA, GERA, SCHLEIZA ET LOBENSTEINIO,
 NEC NON

MAXIME VENERABILES
DNN. INSPECTORES,
 OMNESQUE ERUDITOS,
 M. JOH. FRID. *Söber* / ILLUSTR. RUTH. RECTOR,
 AD ORATIONEM PANEGYRICAM,
 NATALI EIDEM FORTUNATISSIMO

à
 JOH. CHRISTOPHORO FRAUENDORFIO
 HUMILLIME DESTINATAM,
*Clementer, benevolè & frequenter auscultandam, quâ par est, animi sub-
 missione, observantia & humanitate invitatur.*

GERÆ, TYPIS GEORGI HEINRICI MÜLLERI.





Oëtarum, cùm apud Græcos, tùm & Latinos celebrium, Carminibus inclytum priscò ævò fuisse Palladium quoddam; hospes omnino sit ac peregrinus in ipsorum scriptis, qui cum ignarissimis sciat. Etenim, quos principatum inter ipsos tenere censemus, Mæonides, Dictys Cretensis, Parthenias divinus, & Naso ingeniosissimus, suis idem non dedignantur Camœnis, sed celebrant eximiè, & immortalitatis quasi diphtheræ inscribunt. In eò autem & Poëtæ isti, & quicquid propemodum Scriptorum Palladii mentionem facit, consentiunt pleriq; omnes & amicè conspirant, simulacrum illud coelitus delapsum, in Palladis arce apud Trojanos, & in ejus quidem augustissimo Templo locum sibi delegisse ac constituisse sedem, eò quidem pacto, ut, quemadmodum e cortina responderat Phœbus, urbs omni abundantia felicitate, ab hoste tuta, atq; ab interitu & ruinâ tantisper immunis futura esset, donec fatale illud Palladis instar auferretur, & aliorsum sive clanculum sive palam transferretur. Igitur postquam Diomedes & Ulysses vaferrimi homines, Trojanorum acerrimi hostes,

Fatale aggressi sacrato avellere templo

Palladium, cæsis summa custodibus arcis,

Corripuere sacram effigiem,

& secum abstulere; illicò miserrimam Trojæ halosin & interitum subsequutum fuisse cum excidio regni, in vulgus jampridem divulgatum est ac disseminatum. Palladio isti ecquid similis sit, ecquid propius ad ejus exemplar accedat, quàm EMINENTISSIMA PRINCIPIS CONJUX? Etenim & divinitus datur, & magna pars felicitatis publicæ inde originem trahit & acquirit robur. Atque hinc factum est, ut, cùm SERENISSIMÆ ATQVE CELSISSIMÆ PRINCIPIS AC DOMINÆ, DOMINÆ SOPHIÆ MARIÆ, NATÆ LANDGRAVIÆ HASSIÆ, PRINCIPIS HERSFELDIÆ, COMITIS IN CATTI-MELI-

MELIBOCO, DECCIA, ZIGENHEINA, NIDDA ET
SCHAUMBURGO, ELOCATÆ DUCIS SAXONIÆ, JU-
LIÆ, CLIVIÆ ET MONTIUM, LANDGRAVIÆ THU-
RINGIÆ, MARCHIONIS MISNIÆ, COMITIS PRINCI-
PALI DIGNITATE HENNEBERGÆ, COMITIS MARCÆ
ET RAVENSBURGI, DYNASTÆ RAVENSTEINII &c. in
ipsas Maji Nonas incideret Natalis, isque in ILLUSTRISSIMA
DUCALI AULA SAXO-EISENBERGICA publica solennitate
festive celebrandus esset, gaudii istius maximi particeps redditum
Illustre Rutheneum, LAUDATISSIMAM PRINCIPEM sub
Palladii simulacro, quâ par est, humilitate ac devotione vene-
raretur. Quumq; id prolixâ nec impolitâ planè Oratione præsti-
turus sit adolescens probitate, elegantia morum ac sedulitate orna-
tissimus, *Johann. Christoph. Frauentdorffius, Numburgensis*; ideò ni-
hil nunc quidem deesse amplius videtur, quàm ut & SERTUM
PALLADIO SERENISSIMO humillimâ quâdam devotione
imponamus. Vix enim ullus sibi Deorum unquam aut Dearum
cultus, sive publicus fuerit sive privatus, constitit aut peractus fuit
sine coronis. Patere ergo, AUGUSTA SOPHIA MARIA, pa-
tere quæso clementissime, ut, auspiciatissimo hoc die tuo Natali, tot
gratulantium hilariter & promptè applaudentium coetui se immi-
sceat, Capitiq; Tuo Serenissimo coronam qualemcunque necet
RUTHENORUM TUORUM Gymnasium. Tu quippe CEL-
SISSIMI PRINCIPIS TUI, totiusq; Ducatus exoptatissimum
clues Palladium; quod sanè, nisi florulento hoc tempore floreâ or-
netur coronâ, contra jus fasq; esset. Vernis igitur præcipuè flori-
bus & ramis, iis certe, quos elegantissimus anni Apelles, quem Ma-
jum vulgò dicunt, subministrat, potissimum usuri sumus, ut nostra
quadantenus defungamur pietate. Laurum ergò audacter decer-
pimus ex Musarum horto, quibus illa dedicata quondam fuit & sa-
cra, & TIBI, O PALLADIUM GRATIOSISSIMUM, in coro-
nam flectimus, & venerabundi CELSISSIMO VERTICI, hoc læ-
tissimo Natali Tuo, consecramus. Laurus missa cœlitus Augusto
Cæsari, Principum maximo, apud Plinium, naturæ non desidem
Secretarium, legitur. Id quod ubi & quâ ratione factum sit, præter
hunc & candidissimus Scriptor Tranquillus commemorat. Et
quamvis hoc in dulcedinem fabulæ compositum videatur ab an-
tiquis; non tamen fictis hominum vocibus debemus, sed omnes

in se veritatis habet numeros, SOPHIAM HANC MARIAM non
tam ab AQVILA AUGUSTISSIMA, in cujus quasi sinu fovetur
SERENISSIMA LANDGRAVIORUM HASSO-DARMSTA-
DIANORUM PROSAPIA, quam ex altò benignitatis divinæ
promptuario dejectam, vel potius demissam, tanq. GALLINAM
SVAVISSIMAM in castissimos SERENISSIMI DUCIS CHRIS-
TIANI SAXONIS amplexus fuisse. Nam, ut Regum sapien-
tissimus ait, à Domino uxor prudens est, quam in mariti sinum, pro
suâ paternâ bonitate, ipsemet tradit: quæ & ipsa pretio margaritas
plurimum exsuperat, individua quippe omnis diviniq; & humani
juris focia, mariti in adversis solatium, in secundis delictum, in o-
mnibus, ex institutione divinâ, adjutorium. Ecquis igitur tam
scæva mente est & iniquâ, ut lauru Te indignam censeat, DIVA
SOPHIA MARIA, O GRANDE COELI DEPOSITUM? Mu-
sis & Apollini præcipuè, præfidi illarum, laurum fuisse sacrum pri-
sciori ævo, quotus quisque tam rudis literarum est, quin sciat? Ad
quem igitur pertinere potius laurum dicamus, quam ad TE, Tu-
osque, ex quorum celeberrima stirpe, Musisq; & religioni per-
quam salutaris, ortum traxisti? Musarum suffragiis non invitis
laurum quondam ex Familiâ Tua incomparabili promeruit
HERMANNUS, Henrici Ferrei seu Magnanimi ex Ludovi-
co fratre nepos, princeps in tantum laudandus, in quantum intelli-
gi doctrinæ eruditio potest. Lauri quoque ex merito ornârunt
Musæ quondam LUDOVICUM JUNIOREM, qui ex Darm-
stadianis Tuis Gießæ ipsis exoptatissimam sedem constituit, &
hospitium fecit jucundissimum. Et quid MAURITIUM Cas-
sellanum dicam, qui linguarum Græcæ pariter & Latinæ, Hispa-
næq; ac Gallicæ peritissimus, aliis quoq; literarum studiis ita ex-
celluit, ut superiorem non habuerit, parem non invenerit? Nun-
quam ab omni humanitate tam alienæ potuerunt esse Musæ,
quin de communi omnium consensu laurum huic sapientissimo
Principi decernerent. Quidni ergò & TIBI tribuatur laurus, SA-
PIENTISSIMA PRINCEPS, quæ ad Te hereditario quòdam
jure devoluta fuit? Nitore quòdam spectabilis solet esse laurus,
suâque viriditate se commendat omnibus, &, quia casta ac virgi-
nitati potissimum dilecta, idcirco dicitur Claudiano, præglorio-
sissimo Poëtæ, fronde pudicâ thalamos quondam virgineos ob-
umbrâsse. Ecquid de Te dicamus, EMINENTISSIMA PRIN-
CEPS

CEPS? Tu inter Principes Virgines lauru triumphali redimita-
formam, genus, mores, præcelso matrimonio aptissima, monstra-
sti, & SERENISSIMUM PRINCIPEM TUUM blandissima
illexisti vi, ut dignissima omnium habereris, quæ in locum & le-
ctum BEATISSIMÆ CHRISTIANÆ, emendatissimi exempli
CONJUGIS, ex INCLYTA SAXONUM MARTISBURGEN-
SIUM DOMO oriundæ, succederes ac transfires. Cæterum cum o-
mnia nunc flore rideant, formosissimâ quippe anni parte; ideò &
laurus TIBI TUA vigetque & floret; in certissimum planè auguri-
um; & felicitatem Tuam, SERENISSIMA PRINCEPS, in florem
se induisse, omniumque oculos & ora in se convertisse, & paria ad-
cò facere, cum FLORENTISSIMA RUTA SAXONICA, cui
laurus isthæc TUA arctissimè innexa est. Verùm: ut flores addantur
floribus, euge, PALLADIUM COELESTE, noli iniquè aut in-
clementer ferre, si, quos Majus recens nunc suppeditat largâ ma-
nu, flosculis laurum Tuam decoremus, ejusq; viriditatem nive
quòdam ac purpura interstingvamus. Neque enim discolorēs
isti colores de dignitate laurus quicquam detrahent, & varietate
quâdam jucundissimâ CAPUT TUUM *Dis charissimum* appri-
mè decorabunt. Igitur lauro addere viridanti, singulisque foliis
adjungere fas sit lilia convallium. Sunt hæc propria quædam &
svavissima Maji nostri suboles, flosculus quidem tener, pusillus &
propius humum emergens, sed, si conspicias, albore blandiuscu-
lo, si olfacias, odore svavi, acuto & efficaci, si vim & spectes, in-
comparabili virtute se commendat, ut cæteris, qui vel latitudine
foliorum, vel florum eminentiâ, vel caulis firmitudine ac robore
superbiunt, palmam sive præripere, sive ambiguam facere nullo
propè negotio queat. Non malè, opinor, lauro hic sociatur flo-
sculus, quippe qui lauri foliis nec paullò dissimiliora sortitur fo-
lia, & candore suò ingenuò viriditati jucundissimè illudit. Nam
& vigorem colori addit candor ac lumen, & umbram præstat
opaca obscuritas viriditatis. Sed nec lilia ista, quæ convallium
vocant, indecere possunt Sertum Tuum natalitium, PRINCEPS
OPTIMA. Humilia equidem sunt & in terram prona ac depres-
sa, ut aliis floribus, vilioris quantumlibet censûs, prærogativam
concedant ac decus. Verùm, si ad mentem revocas, PISSIMA
PRINCIPUM, ut quotidie cum Philippo Macedonum Rege so-
les, TE esse hominem, nec quidquam humani à TE alienum;

tantum abesse auguramur, ut exorsus sit futurus TIBI ille floscu-
lus, ut summis potius, queis circumcirca fulges, virtutum orna-
mentis egregium addat incrementum. Id enim cum maxime
visa es dedisse operam à primis vitæ emendatissimæ annis, ut quò
sublimiorem TE evexit ac collocavit natalium splendor, eò TE
submissius gereres. Maximi illius & unici Sospitatoris ad instar,
qui summus cum esset & infinitus DEUS, ad humana se & infi-
ma submitit, inq; angustias corporis coëgit quasi, ut, quod
DEUS non posset, homo præstaret. Unde & in sacro-sancto
Salomonis epithalamio liliū in convallibus vocatur. Nempe
hic est primus (Cypriani verba sunt) religionis introitus, sicut in
mundum primus Christi ingressus, ut, quicumq; piè vult vivere,
humiliter de se sentiat, neq; supra se in mirabilibus ambulare præ-
sumat. Fundamentum sanctitatis semper fuit humilitas, nec in
coelo stare potuit superba sublimitas. Cæterum lilia verè sunt, quæ
dicimus convallium, & quamquam à reliquis cum proceritate
caulis, tum & spectabili florum magnitudine superantur, speciem
tamen illorum colore, stilo, staminibus aliqua ex parte referunt,
virtute autem & efficaciâ luculenter probant, non temerè se in so-
cietatem nominis transiisse. Remedium quippe præbent ad ver-
tiginem, cor refocillant, cerebrum recreant, memoriæ vigorem
addunt, vehementiam Comitialis mali & apoplexiæ vim inhibent
ac frangunt. Et quid TE commemoremus, PRINCEPS CLE-
MENTISSIMA? Tu & ipsa liliū es, flos florum, regina flo-
rum, flos Junonius, hoc est, inter TUI similes ac summâ fortu-
nâ natas Heroinas id meritò censeris esse, quod inter ignes, coelo
qui subterlabuntur, nitidissimum Luciferi sidus est. Jam olim
prolufisti virtuti, cujus infinita hæcenus dedisti documenta: un-
de fit, ut excessisse mortale fastigium non paucis videare. Praxi-
teles Venerem Cnidiam picturus, quidquid in virgine quavis exi-
mium erat & insigne ad pulchritudinem concinnandam, id in il-
lâ effigie colligebat in unam summam & artificiosè exprimebat.
Ita si quis TUAS, PALLADIUM INCOMPARABILE, virtu-
tes maximas expingere præsumat; is, quidquid in Mariâ pium,
quidquid in Abigæle prudens ac probum, in Rebecca placidum
ac mite, in Susanna elegans & pudicum, in aliis quibuscunque
eximium fuit, in consilium adhibeat & exactè describat necesse
est. Ad eò TUUS iste divinus animus virtutum præsidio mu-
nitus

nitus undique & comitatu septus est. In primis quid explere animum MAXIMI PRINCIPIS magis potest, quam TUI iucunditas ad spectus, TUI blanditiæ sermonis, Tui illicia amoris? Verè oculis Eius perspicacissimis liliū, animo delictum, cordi refrigerium clus. Sed & sive rubentem hyacinthum denique patieris intexi Serto TUO, PALLADIUM COELESTISSIMUM. Tyrio hic nitentior ostro perhibetur esse, quod Principum vestes, auro intextas, quondam ornabat. Igitur TE hyacinthi purpura decet vel maximè, PRINCEPS INCLYTA. Flos hic etsi inter lacrymas primū natus est & productus, tam hilari tamen specie emergit in lucem, ut corona hinc plexa index jam olim lætitiæ fuisse legatur, quippe quā virgines incinctæ, choreas instituebant solenniores. Ea propter cape TIBI hunc quoque florem, CAPUT SERENISSIMUM. Ita enim jure quodam suo postulat incredibilis illa & penè divina lætitiæ voluptas, quam CELSISSIMUS PRINCEPS, dulcissimum nempe Decus TUUM, tot PRINCIPUM DIVINO immixtus CONCILIO, cumque ILLIStota ILLUSTRISSIMA AULA, tantumne? imò & omnis subditi gregis turba ubique percipit, & cupido admixtam pectore, vultu sereno, gestu hilari, voto ardenti, clamore secundo luculentè prodit. Flos idem Regum inscriptus nominibus fingi Poëtis solet, quamvis, quænam fuerint, non satis constet, nisi si Plinio fidem habere par sit, cui in hoc flore ita discurrere commemorantur venæ, ut Græcarum literarum Al figuras præ se ferant, quæ aliis ad Ajacis pertinere nomen, aliis funestum indicare ejulatum putantur. Sed faceffant hæc & longissimè absint à lætitiâ publica SERENISSIMORUM PRINCIPUM, ut ne literula quidem Diei exoptatissimi serenitatem interturbet aut obfuscet. Liceat potius ex nomine TUO DIS VENERANDO, HEROINA, mutuo acceptas & auspiciatius mutatas in hyacinthos TUOS inserere literas S. M. in omen faustissimum, ut SOSPES MANEAS, SINE MALIS, SINE METU, SINE MOERORE, SINE MORBIS, SINE MORTE. Laurum, cui lilia convallium cum hyacinthis innexuimus, mala averruncare posse ac fulgurum ipsorum nocumenta, jam quidem creditum à plerisque eruditis fuit. Avertat DEUS pro sua, qua est, infinita clementiâ, quidquid molestiam creare aut minari malum potest. Faceffant hinc & in caput hostium recidant fulminum ictus, quos machinari hominum improbitas fortassean studet!

Laurus

1778

Laurus denique, ut Plinius ait, pacifera est, & quia semper floret, Symbolum esse, si non æternitatis, at saltem diuturnitatis, putatur. Optamus ergò & precamur planè ex animo, (augurari enim & vaticinari opis nostræ non est; nunquam mandimus laurum) ut pax ubique & securitas vigeat, & positis simultatibus, floreat, lauri instar, amor, concordia, fides! Domûs vestræ, SERENISSIMA PRINCEPS, perpetua, certè diuturna sit posteritas. Sera sit immortalitas, quam TIBI TUOQUE CELSISSIMO PRINCIPI tribuet DEUS! DEUS TE AMET, SOSPITET, SERVASSIT SEMPER! Et hæc laurus est, quam necere Capillis PALLADII SAXO - EISENBERGENSIS voluerunt, debuerunt L. L. M. Musæ Ruthenicæ, ratæ, si non elegantia & facundo ore, pietate tamen SERENISSIMÆ SOPHIÆ MARIÆ quadantenus placitura. Cæterum ex ipso earum nutritu solenne gaudium ad se imprimis pertinere arbitratus est Adolescens, quem supra diximus, optimus & eximiæ omninò spei atque expectationis J. C. FRAUENDORFIUS, ideoque oratione luculenta CELSISSIMÆ DUCI de Natali auspiciatissimo gratulaturus, Eiusdem meritissimas laudes sub Palladii Schemate deprædicabit. Qui ut ab ILLUSTRISSIMO COMITE, DOMINO AC NUTRITIO, nec non VENERANDIS MAXIME DNN. INSPECTORIBUS, RELIQUIS item MUSARUM NOSTRARUM FAUTORIBUS clementer juxta & benevolè cras horâ nonâ antemeridiana, quam felicem illucescere sinat DEUS, audiatur; id verò est, quod humillimè submissè ac humanissimè rogamus.

P. P. Geræ ipsis Non. Maji. A. O. R.

∞ Ioc. LXXXII.



et,
ur.
a-
ax
n-
A
n-
PI
T
DII
M,
ate
ci-
lfe
xi-
C.
SI-
ne-
ab
O,
RI-
U-
cri-
eft,
de
can
SE
CXO
CX
ech
M.2
sin
I
ave
cic
ini
por
icti

ULB Halle 3
004 975 782


1077







L A U R U S
 LILIIS CONVALLIUM ET HYACINTHIS
 INTERSTINCTA,
PALLADIO SAXO - EISENBERGENSI,
 Hoc Est
SERENISSIMÆ AC CELSISSIMÆ PRINCIPIS

DN. SOPHIA
 NATÆ LANDGRA-
 CIPIS HERSCHFEL-
 MELIBOCO, DECCIA, ZIE-
 BURGO, ELOCATÆ DUCIS SA-
 LANDGRAFIE THURINGIAE
 CIPALI DIGNITATE H-
 RAVENSPURGI, DY-

**ET NATALIE JU-
 IPSIS NONIS MAJI
 IN TEMPL-**

ILLUSTRISSIMUM
DN. HEINRICH
 JUNIORIS LINEÆ
 AC DOMINUM A PLAVI-
 NICHFELDA, GERA-

DNN. IN
 OMNE
M. JOH. FRID.
 AD ORATIO
 NATALI EIDI-

JOH. CHRISTO
 HUMILL
Clementer, benevolè & frequ-
misione, observantia & humanite invit at.



RIÆ,
 E, PRIN-
 CATTI-
 T SCHAUM-
 c MONTIUM,
 MITI PRIN-
 CI ET
 C.

SSIMO
XXXII.

MINUM
V.
 OMITEM
 ZA, CRAN-
 NIO,

ES,
 RECTOR,
 M,
 MO

IO
est, animi sub-

GERÆ, TYPIS GEORGI HEINRICI MÜLLERI

